Reverendissimo domino Nicolao ab Amsdorff Episcopo Ecclesiae Naoburgensis eruditione, virtute, et pietate praestanti patrono suo colendo.

S. D. Reverendissime domine, Vir honestissimus et multis magnis virtutibus praeditus Paulus Knod nuper ex hac aerumnosa vita ad aeternam Dei, Christi, Prophetarum, et Apostolorum consuetudinem vocatus est. Narrant placide inter gratiarum actiones et invocationem Dei, cum animam Deo commendasset fide filii mediatoris, extinctum esse. Ut autem multis virtutibus multos antecelluit, ita hac in re nobis felicior fuit, quod nunc non est spectator belli admodum periculosi. Nunc vero alius a te collector pecuniae tuae constituendus est, de quo et iudicium et arbitrium tuum sequeris. De bello Brunsvicensi nondum audimus pugnatum esse.

Oramus autem Deum aeternum patrem Domini nostri Jesu Christi, ut Ecclesias harum regionum, in quibus sonat vox Evangelii de filio Dei domino nostro Jesu Christo crucifixo et resuscitato, defendat. Opus erit Georgio tuo pecunia, cum iam a Paulo petere non possit. Ideo existimo ei aliquid mittendum esse. Quod si ad me miseris ut ei ad usus necessarios numerarem, fideliter eam rem administrabo. Bene valete. 15. Octob.

Philippus Melanthon

Egregia pietate et doctrina praedito D. Nicolao Amsdorfio docenti Evangelium in Ecclesia Magdeburgensi amico carissimo.

S. D. Habeo tibi gratiam amanter, quod pictoris negotium adiuvisti. Senatus respondit benigne, cui meis verbis ages gratias. Sperabamus adventum tuum

cum doctore Iona. Ideo de ceteris rebus
scribo brevius. Principes Saxoniae fu-
erunt una in Wurtzen, ubi haud dubie
de instituenda visitatione Ecclesiarum
deliberarunt, Sed nondum audivimus
quid decretum sit. Deus orandus est,
ut pia consilia adiuvet et gubernet.
Lipsiae publice habuit concionem Fridericus
Myconius. In Palatinatu, in Bavaria
in oppido Amberga et vicinis, dei beneficio
feliciter propagatur Evangelium. Amberga
est praecipuum oppidum Palatini, et habet
honestos cives. Ibi iam Ecclesia ad nostrae
Ecclesiae exemplum instituta est. Deus
confirmet hoc quod operari in Ecclesia
sua coepit, propter gloriam filii sui, et
salutem nostram. Bene et feliciter
vale. 23. Iunii

Philippus Melanthon

An herzog Johans Friderich den mittler, und
H. Johans Wilhelm gebrüdern, herzogen zu Sachsen

521

Durchlauchte hochgeborne fursten gnedige
herrn, Auff E. f. g. bevelh, hab Ich den
pfarrer, die prediger, und Caplan gefoddert
und den selbigen so vil Ihr damals seind
die zween Artickel furgehalten, darauff
wir alle einhelliglich beschlossen, Nemlich
uff den ersten, dieweil die Obrigkeyt
den dritten grad (welchen Gott in seiner
heiligen schrifft zulesset) nit zu lassen will,
so wissen wir kein andern radt, den das
man sich nach keyser oder landsrecht
richte und halde, und were das sicherste
uff beide seiten, das man recht und urteyl
bey den Schoppen stülen holete,

Und dieweil man mit fursten und dem
Adel im dritten grad dispensiert, so sehen
wir auch fur gut an, das man mit
andern gemeinen personen auch dispensire,

Wil man aber nit dispensiren, noch keyser
recht zulassen in disem fal, so mag man
des Bapsts recht halden, welchs Ich fur
mein person nit rathen noch willigen wil